

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fides siue fidelitas am
cum fonte primo

Ecce quid a te requirat immensa illa pietas,
quod facile possit implere nuda paupertas,
despecta mediocritas, indocta simplicitas.
Non per multas distraheris ambages,
nec duris difficultatibus occupandus inuolueris.

Quod a te et pro te reposcitur, intra te est,
id est oris famulatus et cordis affectus, secundum illud:
Corde creditur et cetera.

In anima ergo tua reposuit omnia anime tue presidia Deus tuus,
ut, unde peccatum egreditur, inde et peccati medicina peteretur.

Crisostomus ibidem (in tractatu de symbolo: Credo in Deum
et cetera).

Ecce quid a te requirit immensa illa pietas:
quod facile possit implere nuda paupertas,
despecta mediocritas, indocta simplicitas.
Non per multas distraheris ambages,
nec duris difficultatibus occupandus inuolueris:
quod a te et pro te reposcitur, intra te est,
id est oris famulatus et cordis affectus, secundum illud:
Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.
In anima ergo tua reposuit omnia animae tuae praesidia deus tuus,
ut, unde peccatum egredi dicitur, inde et peccati medicina peteretur.

Eusebius “Gallicanus”, *Collectio homiliarum*, 10 (CCSL 101,
F. Glorie ed., p.114, ll.23-31).